

170

XVII, 169.

S. Patris

**AVGV-
STINI, E-**

**piscopi Hippo-
nensis,**

libellus,

de

Fide & Symbolo,
seorsim editus.

à

**Johanne Michaële
Dilherro.**

NORINBERGÆ,
Typis Wolfgangi Enderi,
Anno 1643.

L. sic

ebet idem,

*ro, eundē.
ro, & Spi-*

sfitiant.

evit.

III.

n.

ac.

onatum.

ουγγιω-

is.

S.

MINUTO

is

is

is

is

is

is

is

is

is

DE
DE



li
n
n
t
ft
q
n
v
c



L. B.

Salutem

C Vm hunc
S. Patris
Augustini
libellum edimus,
non hoc volu-
mus, quòd SS. Pa-
tres Fidei iudices
statuamus: nequa-
quam: id quod ipse-
met Augustinus gra-
viter à se amolitur,
cùm ad S. Hierony-
mum

✠(?)✠

mum scripsit: Non
te, arbitror, sic legi
tuos libros velle, tan-
quam Prophetarum,
aut Apostolorum:
de quorum scriptis,
quòd omni errore ca-
reant, dubitare ne-
farium est. Epist.
XIX. Ad Vincenti-
um: Nō sic legantur,
(scripta Episcopo-
rum) ut contrà sen-
tire non liceat; sic ubi
fortè aliter senserint,
quàm

quàm Veritas postu-
 lat. Epist. XLVIII.
 Idem: Si Divinarum
 Scripturarum, ea-
 rum scilicet, quæ Ca-
 nonicæ in Ecclesia
 adpellantur, perspi-
 cua aliquid firmatur
 auctoritate; sine ulla
 dubitatione creden-
 dum est: aliis v. r. te-
 stibus, vel testimoniis,
 quibus aliquid cre-
 dendum esse suade-
 tur, tibi credere, vel

)?(3

noe

Non
 c legi
 , tan-
 rum,
 um :
 riptis,
 re ca-
 e ne-
 Epist.
 centi-
 ntur,
 opo-
 à sen-
 sicubi
 erint,
 quàm

non credere, licet; quantum ea momenti, ad faciendum fidem, vel habere, vel non habere, perpendaris. Epist. CXII.

Nihilo tamen minus utile est, post Sacrosanctam Scripturam, aliquando digredi ad scripta ipsorum, sive *Exegetica*, sive *Dogmatica*, sive *Demegorica*.
 Nam *Exegetica*, in
 SS. Scri-

SS. Scripturæ inter-
 pretatione, sæpiùs
 ad intellectum com-
 modiozem, nos ma-
 nu quasi deducunt.
 Ubi tamen primas
 ipsis non deferimus:
 sed præcipuè sco-
 pum, antecedentia,
 & consequentia,
 vocabulorum vim,
 & Analogiam Fidei,
 debere observari,
 adserimus. Postmo-
 dò ostendendum;
 no-

icet;
 men-
 m fi-
 e, vel
 rpen-
 II.
 a mi-
 st Sa-
 Scri-
 ando
 ipta
 Exe-
 mati-
 orica.
 , in
 . Scri-



nostram interpreta-
tionē, cōsensu vete-
rum quoque, stabi-
liri. *Dogmatica* de-
monstrant: multa
Adversariorum do-
gmata primitivæ
Ecclesiæ penitus i-
gnota; nostra verò
omnibus seculis fu-
isse propagata: de
cujus argumenti ro-
bore videri potest
Augustinus Lib. iv.
contra duas episto-
las

las Pelagii, cap. xii.
Demegorica, nobis
 exhibent graves &
 penetrantes admo-
 nitiones, ad studi-
 um pietatis; dehor-
 tationes à peccatis;
 objurgationes ob
 improbitatem, con-
 solationes in adver-
 sitatibus, & perse-
 cutione. Plura de
 sanctorum Patrum
 lectione, & de ipso-
 rum serie ac scriptis,
 præ-

reta-
 vete-
 tabi-
 a de-
 multa
 n do-
 itivæ
 us i-
 verò
 is fu-
 : de
 tiro-
 otest
 b. iv.
 isto-
 las

præfatione Gustûs
 Philologiæ SS. Pa-
 trum, tradidimus.
 Jam paucas hasce
 pagellas, B. L. te-
 cum communicas-
 se, sufficiat. Tu
 vale, ac cresce in
 D O M I N O. No-
 rib. Idib. Novemb.
 C I C I C X L I I I.

Gustûs
S. Pa-
dimus.
hasce
L. te-
nicas-
Tu
ce in
No-
vemb.

88
88

AU

DE

Sw

ru

Sy

di

pli

lios

re,





Sancti Patris &

Doctoris

AURELII AUGUSTINI

EPISCOPI HIPPO-

NENSIS.

DE FIDE ET SYMBOLO

Liber unus.

PRIMUM CAPUT.

Summam credendo-

rum & confitendorū

Symbolo comprehen-

di; & hoc alios sim-

plice fide amplecti, a-

lios prætere à explica-


re, & à corruptelis

hæreticorum

vindicare.

A

Quo-


 Voniam, scri-
 ptum est, & Apo-
 stolicæ disciplinæ
 robustissimâ auctoritate
 firmatum: quoniam *justus*
 Hab. 2, 4. *ex fide vivit*: eaq; fides of-
 Rom. 1, 17. *ficium à nobis exigit, &*
cordis & linguæ: ait enim
 Rom. 10, 10 *Apostolus: corde creditur*
ad justitiam, ore autem con-
fessio fit ad salutem: oportet
nos esse & justitiæ memo-
res, & salutis: quandoqui-
dem in sempiternâ justitiâ
regnaturi, à præfenti secu-
lo maligno salvi fieri non
possumus, nisi & nos, ad
salutem proximorum ni-
tentes, etiam ore profitea-
mur fidem, quam corde
gestamus. Quæ fides, ne
frau-

scri-
 Apo-
 disciplina
 ritate
 in justus
 des of-
 git, &
 it enim
 creditur
 tem con-
 oportet
 memo-
 doqui-
 a justiciã
 ti secur-
 eri non
 nos, ad
 rum ni-
 rofitea-
 n corde
 fides, ne
 frau-

fraudentis calliditatibus
 hæreticorum possit in no-
 bis, aliqua ex parte, violari,
 piã cautãq; vigilantia pro-
 videndum est. Est autem
 fides catholica in Symbo-
 lo nota fidelibus, memo-
 riãq; mandata, quantum
 res passa est brevitate ser-
 monis: ut incipientibus
 atque lactentibus, eis, qui
 in Christo renati sunt, &
 nondum Scripturarum,
 Divinarum diligentissimã
 & spiritali tractatione atq;
 cognitione roboratis, pau-
 cis verbis credendum con-
 stitueretur, quod profici-
 entibus, & ad Divinam do-
 ctrinam certã humilitatis
 atque caritatis firmitate

furgentibus, multis verbis
 exponēdo esset perficien-
 dum. Sub ipsis ergo paucis
 verbis in Symbolo consti-
 tutis, pleriq; hæretici ve-
 nena sua occultare conati
 sunt: quibus restitit & re-
 sistit Divina misericordia,
 per spiritales Viros, qui
 Catholicam fidem, non
 tantum in illis verbis acci-
 pere & credere, sed etiam,
 Domino revelante, intel-
 ligere atq; cognoscere me-
 ruerunt. Scriptum est enim:
 Nisi credideritis, non intelli-
 getis. Sed tractatio fidei ad
 muniendum Symbolum
 valet: non, ut ipsa, pro
 Symbolo, gratiam DEI
 cōsequentibus memoriæ
 man-

Ms. 7, 9.

mandanda & reddenda tradatur; sed ut illa, quæ in Symbolo retinentur, contra hæreticorum insidias, auctoritate Catholica, & munitiore defensione, custodiat.

II. CREDO IN DEVM
PATREM OMNIPOTENTEM
CREATOREM
COELI ET TERRÆ.

Conati sunt enim quidam persuadere, Deum Patrem non esse omnipotentem: non quia hoc dicere ausi sunt, sed in suis traditionibus hoc sentire & credere convincuntur. Quum enim dicunt: esse naturam, quam Deus o-

omnipotens non creaverit,
de qua tamen istum mun-
dum fabricaverit, quem
pulcre ornatum esse con-
cedunt: ita Patrem omni-
potentem Deum negant,
ut non eum credant mun-
dum potuisse facere, nisi
ad eum fabricandum aliam
naturam, scilicet quam jam
fuerat, & quam ipse non
fecerat, uteretur. Carnali
scilicet consuetudine vi-
dentes fabros, & domo-
rum structores, & quosli-
bet opifices, qui nisi adju-
ventur paratam materiam, ad
effectum suae artis perve-
nire non possunt: ita etiam
intelligunt, fabricatorem
mundi non esse omnipo-
ten-

tentem, si mundum fabri-
 care non posset, nisi eum
 aliqua, non ab illo fabrica-
 ta natura, tamquam ma-
 teries, adjuvaret. At si o-
 mnipotentem Deum fa-
 bricatore[m] mundi esse
 concedunt; fateantur, ne-
 cesse est, ex nihilo eum fe-
 cisse, quæ fecit. Non enim
 aliquid esse potest, cujus
 creator non esset, quum
 esset omnipotens: quia etsi
 aliquid fecit ex aliquo, sic-
 ut hominem de limo; non
 utique fecit ex eo, quod
 ipse non fecerat: quia ter-
 ram, unde limus est, ex ni-
 hilo fecerat. Etsi ipsum coe-
 lū & terram, id est, ipsum
 mundum, & omnia, quæ

in eo sunt, ex aliquâ materiâ fecerat: sicut scriptum
 Sap. 11, 18. *est: Qui fecisti mundum ex materiâ invisâ, vel informi: sicut nonnulla exemplaria tenent; nullo modo credendū est, illam ipsam materiam, de quâ factus est mundus, quamvis informem, quamvis invisam, quocumque modo esset, per seipsam esse potuisse, tamquam coæternam & coævam Deo: sed quemlibet modum suum, quem habebat, ut, quo modo esset, & distinctarum rerum formas posset accipere, nō habebat nisi ab omnipotente Deo, cujus beneficio est res nō solūm quæcumque*
 que

ET SYMBOLO.

que formata, sed etiã quæ-
cumq; formabilis. Inter
formatum autem, & for-
mabile, hoc interest, quòd
formatum jam accepit,
formam, formabile au-
tem potest accipere. Sed
qui præstat rebus formã,
ipse præstat rebus etiam,
posse formari: quoniam
de illo & in illo est omniũ
speciosissima species in-
commutabilis: & ideo ipse
unus est, qui cuilibet rei
non solùm, ut pulcra sit,
sed etiam ut pulcra esse
possit, attribuit. Quapro-
pter rectissimè credimus,
omnia Deum fecisse de
nihilo: quia etiam si de ali-
quã materiã factus est

A s mun-

mundus, eadem ipsa materia de nihilo facta est: ut ordinatissimo Dei munere primò capacitas formarum fieret, ac deinde formarentur, quæcumq; formata sunt. Hoc autem diximus, ne quis existimet, contrarias sibi esse Divinarum Scripturarum sententias: quoniam & omnia Deum fecisse de nihilo, scriptum est; & mundum esse factum de informi materiâ. Credentes itaque in Deum Patrem omnipotentem, nullam creaturam esse, quæ ab omnipotente non creata sit, existimare debemus. Et quia

omnia per Verbum creavit

Ioh. 14, 6.

1. Cor. 1, 18.

vit, quod Verbum & veritas dicitur, & virtus, & sapientia Dei, multisq; aliis insinuatur vocabulis, qui nostræ fidei Christus Iesus Dominus commendatur, liberator scilicet noster & rector, Filius Dei: non enim Verbū illud, per quod sunt omnia condita, generare potuit, nisi ille, qui per ipsum cōdidit omnia.

III. CREDO IN JESUM
CHRISTUM, FILIUM
DEI PATRIS.

CRedimus etiam in Jesum Christum, Filium Dei Patris unigenitum, unicum Dominum nostrū. Quod tamen Verbum, nō

A 6 sicut

sicut verba nostra, debe-
 mus accipere, quæ voce
 atq; ore prolata, verbera-
 to aëre, transeunt, nec diu-
 tius manēt, quàm sonant,
 Manet enim illud Ver-
 bum incommutabiliter :
 nam de ipso dictum est,
 quum de Sapientiâ dicere-
 tur: *In seipsâ manens innovat*
omnia. Verbum autem Pa-
 tris ideo dictum est : quia
 per ipsum innotescit Pa-
 ter. Sicut ergo verbis no-
 stris id agimus, quum ve-
 rum loquimur, ut noster
 animus innotescat audi-
 enti, & quicquid secretum
 in corde gerimus, per si-
 gna hujusmodi ad alterius
 cognitionem proferatur:
 sic

Sap. 7, 17.

fic illa Sapientia, quam Deus Pater genuit, quoniam per ipsam innotescit animus secretissimus Patris, Verbum ejus convenientissimè nominatur. Inter animum autem nostrum, & verba nostra, quibus eundem animum ostendere conamur, plurimùm distat. Nos quippe non gignimus sonantia verba, sed facimus: quibus faciendis materia subjacet corpus. Plurimùm autem interest inter animum & corpus. Deus verò, quum Verbum genuit, id, quod est, ipse genuit, neque de nihilo, neq; de aliquâ jam factâ conditâque materiâ;

A 7

sed

sed de seipso id, quod est
ipse. Hoc enim & nos co-
namur, quum loquimur,
si diligenter cōsideremus
nostræ voluntatis appeti-
tum, non quum menti-
mur, sed quum verum lo-
quimur. Quid enim aliud
molimur, nisi animum,
ipsum nostrū, si fieri pot-
est, cognoscendum, &
perspiciendum animo au-
ditoris inferre; ut in nobis
quidem ipsi maneamus,
nec recedamus à nobis; &
tamen tale iudicium, quo
fiat in altero nostra noti-
tia, proferamus: ut quan-
tum facultas conceditur,
quasi alter animus ab ani-
mo, per quem se indicet,
pro-

E
od est
os co-
imut,
remus
ppet-
nenti-
am lo-
n aliud
num,
ri pot-
n, &
no au-
nobis
amus,
bis; &
n, quo
a noti-
quan-
ditur,
ab ani-
dicet,
pro-

proferatur? Id facimus, conantes & verbis, & ipso sono vocis, & vultu, & gestu corporis; tot scilicet machinamentis id, quod intus est, demonstrare cupientes, quia tale aliquid proferre non possumus: & ideo non potest loquentis animus penitus innotescere: unde etiam mendacis locus patet. Deus autem Pater, qui plenissime se indicare animis cognituris & voluit & potuit, hoc ad se ipsum indicandum genuit, quod est ipse, qui genuit, qui virtus etiam eius, & sapientia esse dicitur, quia per ipsum operatus est, & disposuit omnia;

1. Cor. I, 24.

Sap. 8, 1.

omnia: de quo propterea
dicitur: *Attingit à fine usque
ad finem fortiter, & disponit
omnia suaviter.*

IV. UNIGENITUM,
DOMINUM NOSTRUM,
QVI CONCEPTUS EST
E SPIRITU SANCTO,
NATUS EX MARIA
VIRGINE.

Ioh. 1, 13.

QVamobrem unigeni-
tus Filius Dei, neque
factus est à Patre: quia sic-
ut dicit Evangelista, *omnia
per ipsum facta sunt*; neque
ex tempore genitus, quia
sempiternus Deus sapiens
sempiternam secum ha-
bet sapientiam suam. Ne-
que

DE

opterea
 sine usq;
 disponit

TUM,

TRUM,

S EST

NCTO,

ARIA

nigeni-

neque

quia sic-

, omnia

neque

s, quia

sapiens

m ha-

n. Ne-

que

que impar est Patri, id est,
 in aliquo minor, quia &
 Apostolus dicit: *Qui quum* Phil. 2, 6.
in formâ Dei esset constitutus,
nō rapinam arbitratus est, es-
se æqualis Deo. Hac igitur
 fide Catholicâ & illi exclu-
 duntur, qui eundem di-
 cunt Filium esse, qui Pater
 est: quia & hoc Verbum
 apud Deum esse non pos-
 set, nisi apud Deum Pa-
 trem: & nulli est æqualis,
 qui solus est. Excluduntur
 etiam, qui creaturam di-
 cunt esse Filium, quamvis
 non talem, quales sunt cę-
 teræ creaturæ. Quantam-
 cumq; enim creaturam,
 dicant, si creatura est, con-
 dita & facta est: nam idem
 est

est condere, quod creare.
 Quamquam in Latinæ lin-
 guæ consuetudine dica-
 tur aliquando creare, pro
 eo, quod est gignere; sed
 Græca discernit: hoc enim
 dicimus creaturam, quod
 illi κτίσμα vel κτίσις vocant.
 Et quum sine ambiguitate
 loqui volumus, non dici-
 mus *creare*, sed *condere*. Er-
 go si creatura est Filius,
 quamlibet magna sit, facta
 est. Nos autem in eum cre-
 dimus, *per quem facta sunt
 omnia*; non in eum, per
 quem facta sunt cætera:
 neque enim hîc aliter acci-
 pere possumus omnia, ni-
 si quæcumque sunt facta.
 Sed quoniam *Verbum caro*

Ioh. 1, 14.

fa-

factum est, & habitavit in nobis, eadem sapientia, quæ de Deo genita est, dignata est etiam in hominibus creari. Quò pertinet illud, *Dominus creavit me in principio viarum suarum* : viarum enim ejus principium, & caput Ecclesiæ est Christus, homine indutus, per quem vivendi exemplum nobis daretur. Hæc est via certa, quâ perveniremus ad Deum. Non enim redire possumus, nisi humilitate ; qui superbiâ lapsi sumus, sicut dictum est primæ nostræ creature : *gustate, & eritis tamquã* Gen. 3, 5. *Dii*. Hujus igitur humilitatis exemplum, id est, viæ, quâ

Prov. 8, 22.

Gen. 3, 5.

E
 creare.
 nalin
 dica
 e, pro
 e ; sed
 enim
 quod
 ocant.
 guitate
 n dici
 re. Er
 filius,
 t, facta
 m cre
 ta sunt
 n, per
 ætera :
 er acci
 nia, ni
 facta.
 m caro
 fa

Phil. 2, 6.

Luc. 8, 21.

Heb. 2, 11.

quâ redeundum fuit, ipse reparator noster in seipso demonstrare dignatus est, qui non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum evacuavit, formam servi accipiens, ut crearetur homo in principio viarum ejus Verbum, per quod facta sunt omnia. Quapropter secundum id, quod unigenitus est, non habet fratres: secundum id autem, quod primogenitus est, fratres vocare dignatus est omnes, qui post ejus & per ejus primatum in Dei gratiam renascuntur, per adoptionem filiorum, sicut Apostolica doctrina commendat.

Na-

Na
psa
nat
qu
lur
ter
ter
ne
en
rat
qu
ne
du
re
te
ne
ge
pr
est
qu
D

Naturalis ergo filius de ipsâ Patris substantiâ unicus natus est, idem existens quod Pater, Deus de Deo, lumen de lumine: nos autem non lumen naturaliter sumus, sed ab illo lumine illuminamur, ut sapientiâ lucere possimus. *Erant, inquit, lumen verum, quod illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundum.* Addimus itaque fidei rerum æternarum, etiam temporalem dispensationem Domini nostri, quam gerere & ministrare nobis pro nostrâ salute dignatus est. Nam secundum id, quòd unigenitus est filius Dei, non potest dici, *Fuit* &

Ioh. 1, 9.

Na-

Exod. 3,14.

& *Erit*: sed tantum *EST*.
 Quia & quod fuit, jam non
 est: & quod erit, nondum
 est. Ille ergo est incom-
 mutabilis, sine conditione
 temporum & varietate.
 Nec aliunde arbitror ma-
 nare, quod famulo suo
 Moyfi tale nomen suum
 insinuavit. Nam quum ab
 eo: quæreret: si se populus,
 ad quem mittebatur: con-
 temneret, à quo se diceret
 esse missum, responsum
 dicentis accepit: *Ego sum,*
qui sum. Deinde subjungit:
Hæc dices filiis Israël, QUI
EST, misit me ad vos. Ex
 quo jam spiritualibus ani-
 mis patere confido, nul-
 lam naturam Deo esse
 pos-

E
 EST.
 jam nō
 ndum
 ncom-
 ditione
 rietate.
 or ma-
 lo suo
 suum
 um ab
 pulus,
 r: con-
 diceret
 nsum,
 o sum,
 jungit:
 QVI
 os. Ex
 us ani-
 o, nul-
 eo esse
 pos-

posse contrariam. Si enim
 iile *EST*, & de solo Deo
 propriè dici potest hoc
 verbum: quod enim verè
 est incommutabiliter, ma-
 net: quoniam quod mu-
 tatur, fuit aliquid; quod
 jam non est, & erit, quod
 nondum est: nihil ergo
 habet Deus contrarium.
 Si enim quæreretur à no-
 bis, quid sit albo contrari-
 um? responderemus, ni-
 grum; si quæreretur; quid
 sit calido contrarium, re-
 sponderemus, frigidum;
 si quæreretur, quid sit cō-
 trarium veloci, responde-
 remus, tardum, & quæ-
 cumq; similia. Quum au-
 tem quæritur, quid sit cō-
 tra-

trarium ei, quod est, rectè
respondetur, quod non
est. Sed quoniam per tem-
poralem, ut dixi, dispen-
sationem, ad nostram sa-
lutem & reparationem,
operante Dei benignitate,
ab illâ incommutabili Dei
sapientiâ natura nostra
mutabilis suscepta est,
temporalium rerum salu-
briter pro nobis gestarum
adjungimus fidem, cre-
dentes in eum Dei Filium,
qui natus est per Spiritum
sanctum ex Virgine Mariâ.
Dono enim Dei, hoc est,
Spiritu Sancto, concessa
nobis est tanta humilitas
tanti Dei, ut totum homi-
nem suscipere dignaretur
in

in utero Virginis, mater-
 num corpus integrum in-
 habitans, integrum dese-
 rens. Cui temporali dis-
 pensationi multis modis
 insidiantur hæretici. Sed
 si quis tenuerit Catholi-
 cam fidem, ut totum ho-
 minem credat esse susce-
 ptum à Verbo Dei, id est,
 corpus, animam, spiritũ,
 satis contra illos munitus
 est: quippe, quum ista sus-
 ceptio pro salute nostrã
 gesta sit, cavendum est, ne
 quum crediderit, aliquid
 nostrum non pertinere ad
 istam susceptionem, non
 pertineat ad salutem. Et
 quum homo, exceptã for-
 mã membrorum, quæ di-

B

ver-

versis generibus animantium diversa tributa est, nō distet à pecore, nisi rationali spiritu, qui mens etiam nominatur: quomodo sana est fides, quā creditur, quòd id nostrum susceperit Dei Sapiencia, quod habemus commune cum pecore, illud autem non susceperit, quod illustratur luce Sapiencia, & quod hominis proprium est? Detestandi etiam illi sunt, qui Dominum nostrum Iesum Christum matrem Mariam in terris habuisse negant: quum illa dispensatio utrumque sexum & masculinum & foemininum, honoraverit,

animan-
 ata est,
 nisi ra-
 mens
 : quo-
 es, quâ
 ostrum
 ientia,
 ommu-
 lud au-
 t, quod
 ientia,
 propri-
 di etiam
 ninum
 ristum
 n terris
 quum il-
 rumque
 num &
 norave-
 rit,

rit, & ad curam Dei perti-
 nere monstraverit, non
 solum quem suscepit, sed
 etiam illum, per quem sus-
 cepit, virum gerendo, na-
 scendo de foeminâ. Nec
 nos ad negandum Christi
 matrem cogit, quod ab eo
 dictum est, *Quid mihi & ti-* Ioh. 2, 4.
bi est mulier? nondum venit
hora mea : sed potius ad-
 monet, ut intelligamus; se-
 cundum Deum non eum
 habuisse matrem, cujus
 majestatis personam para-
 bat ostendere, aquam in
 vinum vertendo. Quod
 autem crucifixus est, se-
 cundum hominem cruci-
 fixus est : & illa erat hora,
 quæ nondum venerat,
 B 2 quan-

Ioh. 19, 26.

quando dictum est, *Quid mihi & tibi? nondum venit hora mea*, id est, quâ te cognoscam: tunc enim, ut homo crucifixus, cognovit hominem matrem, & dilectissimo discipulo humanissimè commendavit.

Matth. 12,
48.

Nec istud nos moveat, quòd, quum ei nunciaretur mater ejus & fratres, respondit: *Quæ mihi mater, aut qui fratres?* sed potius doceat, ministerium nostrum, quo verbum Dei fratribus ministramus, quum parètes impediunt, non eos debere cognosci. Nam si propterea quisque putaverit, non eum habuisse matrem in terris, quia

quia dixit: *Quæ mihi mater?*
 cogatur necesse est & Apo-
 stolos negare habuisse pa-
 tres in terris, quoniam
 præcepit eis, dicens: *Nolite* Matt. 23, 9.
vobis patrem dicere in terris:
unus enim est pater vester, qui
in cælis est. Nec nobis fidem
 istam minuat cogitatio
 muliebrium viscerum, ut
 propterea recusanda vi-
 deatur talis Domini nostri
 generatio, quòd eam sor-
 didi sordidam putant:
 quia & *stultum Dei sapien-* 1. Cor. 1, 25.
tius est hominibus; & omnia Tit. 1, 15.
munda mundis: verisimè
 Apostolus dicit. Debent
 enim intueri: qui hoc pu-
 tant, Solis hujus radios,
 quem certè nō, tamquam

B 3

Dei

Dei creaturam, laudant, sed, tamquam Deum, adorant, per cloacarum foetores, & quæque horribilia usquequaq; diffundi, & in his operari secundum naturam suam, nec tamen inde aliquâ contaminatione fordescere; quum visibilis lux visibilibus fordibus sic naturâ conjunctior: quanto minùs igitur poterat pollui Verbum Dei, non corporeum neq; visibile, de foemineo corpore, ubi humanam carnem suscepit, cum animâ & spiritu, quibus intervenientibus habitat majestas Verbi ab humani corporis fragilitate secretiùs? Unde manifestum est, nullo mo-

do potuisse Verbum Dei maculari humano corpore: quo nec ipsa anima humana maculata est. Non enim quum regit corpus atque vivificat, sed quum ejus bona mortalia concupiscit, de corpore anima maculatur. Quod si animæ maculas illi vitare vellent; hæc mendacia potius & sacrilegia formidarent.

V. PASSUS SUB PONTIO PILATO, CRUCIFIXUS, MORTUUS ET SEPULTUS, TERTIO DIE RESURREXIT EX MORTUIS.

B 4

Sed

Phil. 2, 8.

Sed parva erat pro nobis Domini nostri humilitas in nascendo: accessit etiã, ut mori pro mortalibus dignaretur: *humiliavit enim se, factus subditus usq; ad mortem, mortem autem crucis*: ne quisquam nostrum, etiamsi mortem posset nõ timere, aliquod genus mortis, quod homines ignominiosum arbitrantur, horreret. Credimus itaque in eum, qui sub Pontio Pilaro crucifixus est, & sepultus. Addendum enim erat iudicis nomen, propter temporum cognitionem. Sepultura verò illa quum creditur, fit recordatio novite-
sta-

stamenti, quod resurre-
cturo ad vitæ novitatem
præberet testimoniū; sic-
ut nascituro uterus virgi-
nalis. Nam sicut in illo mo-
numēto nullus alius mor-
tuus sepultus est, nec antè,
nec postea: sic in illo ute-
ro nec antè, nec postea
quicquam mortale con-
ceptum est. Credimus
etiam, illum tertio die re-
surrexisse à mortuis pri-
mogenitum, consequutu-
ris fratribus, quos in ado-
ptionem filiorum Dei vo-
cavit, quos comparticipes
& cohæredes suos esse
dignatus est.

Ioh. 19, 41.

B 5

VI, Ad-

VI. ADSCENDIT IN COELOS.

CRedimus in coelum
adscendisse: quem
beatitudinis locum etiam
nobis promisit, dicens:
 Matth. 22, *Erunt sicut Angeli in caelis, in*
 30. *illâ civitate, quæ est mater*
 Gal. 4, 26. *omnium nostrum, Ierusalem*
 æterna in coelis. Solet au-
 tem quosdam offendere,
 vel impios gẽtiles, vel hæ-
 reticos, quòd credamus;
 adsumtum terrenum cor-
 pus in coelum. At gentiles
 plerumque Philosopho-
 rũ argumentis nobiscum
 agere solent, ut dicant:
 terrenum aliquid in coelo
 esse non posse: nostras e-
 nim

nim Scripturas non nove-
 runt; nec sciunt, quomo-
 do dictum sit: *Seminatur* 1. Cor. 15,
corpus animale, surget corpus 44.
spiritalis. Non enim ita di-
 ctum est, quasi corpus
 vertatur in spiritum, & spi-
 ritus fiat: quia & nunc cor-
 pus nostrū, quod anima-
 le dicitur, non in animam
 versum est, & anima factū.
 Sed spiritale corpus intel-
 ligitur, quod ita spiritui
 subditum est, ut cœlesti
 habitationi conveniat, o-
 mni fragilitate ac labe ter-
 renā in cœlestem purita-
 tem & stabilitatem muta-
 tā atque conversā. Hæc est
 immutatio, de quā iterum
 dicit Apostolus: *Omnes re-* 1. Cor. 15,
sur- 51.

surgemus, sed non omnes immutabimur: quam immutationem non in deterius, sed in melius fieri docet idem, quum dicit: & nos immutabimur. Sed ubi, & quomodo sit in cœlo corpus Dominicum, curiosissimum & supervacaneum est, quærere: tantummodo in cœlo esse, credendum est. Non enim est fragilitatis nostræ cœlorum secreta discutere: sed & nostræ fidei, de Domini corporis dignitate sublimia & honesta sapere.

VII. SEDET AD DEXTERAM DEI PARIS OMNIPOTENTIS.

Cre-

Credimus etiam, quòd
 fedet ad dextram Dei
 Patris. Nec ideò tamen,
 quasi humanâ formâ cir-
 cumscriptum esse Deum
 Patrem, arbitrandum est,
 ut de illo cogitantibus
 dextrum aut sinistrum la-
 tus animo occurrat: aut
 id ipsum, quòd sedere Pa-
 ter dicitur, flexis popliti-
 bus fieri putandum est, ne
 illud incidamus sacrilegi-
 um, quo exsecratur Apo-
 stoluseos, qui *commutave-
 runt gloriam incorruptibilis
 Dei, in similitudinem corru-
 ptibilis hominis.* Tale enim
 simulacrum Deo, nefas est
 Christiano, in templo col-
 locare, multò magis in.

Rom. I, 23.

B 7

cor-

corde nefarium est; ubi
 verè est templum Dei, si à
 terrenâ cupiditate atq; er-
 rore mundetur. Ad dexte-
 ram ergò intelligendum
 est dictum, esse in summâ
 beatitudine, ubi iustitia &
 pax, & gaudium est: sicut
 Matt. 25, 35. ad sinistram hædi consti-
 tuuntur, id est, in miseriâ,
 propter iniquitates & la-
 bores atq; cruciatus. Sede-
 re ergo quòd dicitur De-
 us, non membrorum po-
 sitionem, sed judiciariam
 significat potestatem; quâ
 illa majestas numquam
 caret, semper digna dignis
 tribuendo: quamvis in ex-
 tremo iudicio multò ma-
 nifestiùs inter homines u-
 nige-

nigeniti Filii Dei, iudicis
vivorum atque mortuo-
rum, claritas indubitata
fulsura sit.

**II X. INDE VENTURUS
AD IUDICANDUM VI-
VOS & MORTUOS.**

CRedimus etiam, inde
venturum convenien-
tissimo tempore, & judi-
caturum vivos & mortu-
os. Sive istis nominibus
justi & peccatores signifi-
centur; sive, quos tuncan-
te mortem nostram in
terris inventurus est, ap-
pellati sint vivi: mortui ve-
rò, qui in ejus adventu re-
surrecturi sunt. Hæc dis-
pensatio temporalis non
tan-

tantum est, sicut illa generatio secundum Deum; sed etiam fuit & erit. Nam fuit Dominus noster in terris, & nunc est in coelis, & erit in claritate iudex vivorum atque mortuorum: ita enim veniet, sicut ascendit, secundum auctoritatem, quae in Actibus Apostolorum continetur. Ex hac itaque temporali dispensatione loquitur in Apocalypsi, ubi & scriptum est: *Hec dicit, qui est, & qui fuit, & qui futurus est.*

Act. I, II.

Apoc. I, 8.

IX. CREDO IN SPIRITUM SANCTUM.

DIgesta itaque fide, atque commendata Divina

ge-

generatione Domini, &
 humanâ dispensatione;
 jungitur confessioni no-
 stræ, ad perficiendam fi-
 dem, quæ nobis de Deo
 est, Spiritus sanctus, non
 minore naturâ quàm Pa-
 ter & Filius, sed, ut ita di-
 cam, consubstantialis &
 coæternus: quia ista Tri-
 nitas unus est Deus: non ut
 idem sit Pater, qui est Filius
 & Spiritus sanctus, sed ut
 Pater sit Pater, & Filius sit
 Filius, & Spiritus sanctus sit
 Spiritus sanctus: sed hæc
 Trinitas unus Deus, sicut
 scriptum est, *Audi Israël,* Deut, 6, 4.
Dominus Deus tuus, Deus u-
nus est. Tamen si interro-
 gemur de singulis, & dica-
 tur

gene-
 um;
 Nam
 ter-
 is, &
 vivo-
 : ita
 cen-
 orita-
 Apo-
 . Ex
 i dis-
 in.
 riptū
 & qui

I R I-
 A.
 atque
 ivinâ
 ge-

tur nobis: Deus est Pater?
 Respondebimus, Deus. Si
 quæretur, utrum Deus sit
 Filius? hoc respondebi-
 mus. Nec si fuerit de Spi-
 ritu sancto talis interroga-
 tio, aliud esse eum, debe-
 m⁹ respondere, quàm De-
 um, vehementer caven-
 tes sic accipere, quomodo
 de hominibus dictum est:

Psal. 81, 6.

Dii estis. Non enim sunt
 naturaliter Dii, quicumq;
 sunt facti atq; conditi ex
 Patre, per Filiũ, dono Spi-
 ritus sancti. Ipsa enim si-
 gnificatur Trinitas, quum

Rom. 11, 36.

Apostolus dicit: *Quoniam
 ex ipso, & in ipso, & per ipsum
 sunt omnia.* Quodcumque
 ergo, de singulis interro-
 gati,

gati, respondeam⁹, Deum esse, de quo quæritur, sive Patrem, sive Filium, sive Spiritum sanctum: non tamen tres Deos à nobis coli quisquam existimaverit. Nec mirum, quòd hæc de ineffabili naturâ dicuntur: quum in iis etiam rebus, quas corporeis oculis cernimus, & corporeo sensu dijudicamus, tale aliquid accidat. Nam quum de fonte interrogati, non possimus dicere, quòd ipse sit fluvius; nec de fluvio interrogati, possimus dicere, quòd sit fons; & rursus portionem, quæ de fonte vel fluvio est, nec fluvium, nec fontem possimus

simus

E
Pater ?
eus. Si
eus sic
debi-
le Spi-
rroga-
debe-
m De-
caven-
modo
m est:
n sunt
cumq;
liti ex
no Spi-
nim si-
quum
ioniam
ipsum
mque
terro-
gati,

simus appellare: tamen in hac Trinitate aquam nominamus, & quum de singulis quæritur, singillatim aquã respondemus. Nam si quæro, utrum in fonte aqua sit? respondetur, aqua: & si quæramus: utrum aqua sit in fluvio? nihil aliud respondetur: & in illâ portione non poterit esse alia responsio: nec tamen eas tres aquas, sed unam dicimus. Sanè cavendum est, ne quisquam ineffabilem illius majestatis substantiam, sicut fontem istum visibilem atque corporeum, vel fluvium vel portionem cogitet. In his enim aqua illa, quæ
nunc

nunc in fonte est, exit in
fluvium, nec in se manet,
& quum de fluvio vel fon-
te in portionem transit, nō
ibi permanet, unde sumi-
tur. Itaque fieri potest, ut
eadem aqua nunc ad fon-
tis appellationem pertine-
at, nunc ad fluvii, nunc ad
portionis: quum in illâ Tri-
nitate dixerimus, nō pos-
se fieri, ut Pater aliquando
sit Filius, aliquando Spiri-
tus sanctus: sicut in arbore
radix non est nisi radix:
nec robur, nisi robur, nec
ramos, nisi ramos posu-
mus dicere. Non enim id
quod dicitur radix, potest,
dici robur & rami: nec li-
gnum, quod pertinet ad
ra-

E
nen in
n no-
de sin-
llatim
Nam
fonte
ur, a-
us: u-
io? ni-
ur: &
pote-
: nec
as, sed
nè ca-
quam
jesta-
t fon-
atque
vium
t. In
quæ
nunc

radicem, potest aliquo
transitu nunc in radice es-
se, nunc in robore, nunc
in ramis; sed tantummo-
do in radice: quum illa re-
gula nominis maneat; ut
radix lignum sit, & robur
lignum, & rami lignum;
nec tamē tria ligna dicantur,
sed unum. Aut si hæc
habent aliquam dissimili-
tudinē, ut possint non ab-
surdè tria ligna dici, pro-
pter firmitatis diversita-
tem: illud certè omnes
concedunt, si ex fonte tria
pocula impleantur, posse
dici tria pocula, tres au-
tem aquas non posse dici,
sed omnino unā aquam:
quamquam de singulis
po-

poculis interrogatus, in
quolibet horum aquam
esse, respondeas; quamvis
null^o hic transitus fiat, sic-
ut de fonte in flumina di-
cebamus. Hæc autem non
propter illius Divinæ na-
turæ similitudinem, sed
etiam, propter visibilium
unitatē, corporalia exem-
pla data sunt, ut intellige-
retur; fieri posse, ut aliqua
tria, non tantum singilla-
tim, sed etiam simul unum
singulare nomen obtine-
ant: nec quisquam mire-
tur, & absurdum putet,
quòd Deum dicimus Pa-
trem, Deum Filium, De-
um Spiritum sanctum;
nec tamen tres Deos in istâ

Tri-

Trinitate, sed unum Deum, unamq; substantiam. Et de Patre quidē, & Filio, multis libris differuerunt docti & religiosi viri: quibus, quantum homines hominibus poterant, quē admodum non unus esset Pater & Filius, sed unum essent; & quid propriè Pater esset, & quid Filius, insinuare conati sunt, quòd ille genitor, hic genitus; ille non de Filio, hic de Patre; hujus ille principium, unde & caput Christi dicitur, quamvis & Christus principium, sed non Patris: hic verò illius imago, quamvis nullâ ex parte dissimilis, & omnino indifferen-

2. Cor. 11, 3.

Col. 1, 15.

ferenter æqualis. Tractantur hæc latius ab eis, qui non tam breviter, quam nos, totius Christianæ fidei professionem volunt explicare. Itaque in quantum Filius est, de Patre accepit, ut sit; quum ille de Filio id non acceperit: & in quantum hominem, mutabilem scilicet creaturam, in melius commutandam, ineffabili misericordiâ, temporali dispensatione suscepit; multa de illo in Scripturis inveniuntur ita dicta, ut impias hæreticorum mentes, prius volentes docere quam nosse, in errorẽ miserint: ut putarent, eum non æ-

C

qua-

qualem Patri, nec ejusdem
substantiæ: qualia illa sunt:

Ioh. 14, 28. *Quoniam Pater major me est:*

I. Cor. 11, 3. *& Caput mulieris vir, caput
viri Christus, caput autem*

I. Cor. 15, 28. *Christi Deus: &: Tunc ipse
subjectus erit ei, qui illi subje-*

Ioh. 20, 17. *cit omnia; & Vado ad Pa-
trem meum, & Patrem ve-
strum, Deum meum, & Deum*

*vestrum: & nonnulla hu-
jusmodi: quæ omnia posi-
ta sunt, non ut naturæ atq;
substantiæ inæqualitatem*

Ioh. 10, 30. *significent; ne falsa sint il-
la: Ego & Pater unum sumus:*

14, 19. *&: Qui me vidit, vidit & Pa-
trem meum: &: Deus erat*

1, 1. *Verbum: non enim factus
est: quum omnia per ipsum*

Phil, 2, 6. *facta sint: &: non rapinam*

ar-

arbitratus est, esse æqualis
Deo; & cætera talia: sed il-
la posita sunt, partim
propter administrationē
fuscepti hominis, quâ di-
citur: Semetipsum exinan-
vit: non quia mutata est
illa Sapiencia; quum sit o-
mnino incommutabilis:
sed quia humiliter homi-
nibus innotescere voluit:
partim propter hanc ad-
ministrationem, illa ita
scripta sunt, de quibus hæ-
retici calumniantur: par-
tim propterea; quia Filius
Patri, debet quod est; hoc
etiam utique debens Patri,
quòd eidem Patri æqualis,
aut par est: Pater autem,
nulli debet, quicquid est.

De Spiritu Sancto autem
nondum tam copiosè ac
diligenter disputatum est
à doctis, & magnis Divina-
rum Scripturarum tracta-
toribus, ut intelligi facilè
possit & ejus proprium:
quo proprio fit, ut eum,
neq; Filium, neq; Patrem,
dicere possimus; sed tan-
tùm Spiritum Sanctum: ni-
si quòd eum donum Dei
esse prædicant, ut Deum
credamus non seipso infe-
rius donum dare. Servant
tamen, ut non genitum
Spiritus Sanctum, tam-
quam Filium, de Patre præ-
dicent: unicus enim est
Christus: neque de Filio,
tamquam nepotem sum-
mi

mi Patris: nec tamen id,
quod est, nulli debere, sed
Patri, ex quo omnia: ne
duo constituamus princi-
pia sine principio: quod
falsissimum est, & absur-
dissimum, & non Catho-
licæ fidei; sed quorundam
hæreticorum errori pro-
prium. Ausi sunt tamen
quidam, ipsam commu-
nionem Patris & Filii, atq;
(ut ita dicam) Deitatem,
quam Græci θεότητα appel-
lant, Spiritum Sanctum,
credere: ut, quoniam Pater
Deus, & Filius Deus, ut
ipsa Deitas, quâ sibi copu-
lantur, & ille gignendo Fi-
lium, & ille Patri cohæ-
rendo, & ei, à quo est geni-

tus, æquetur. Hanc ergò
 Deitatem, quam etiam di-
 lectionem in se invicem
 amborum, caritatemque
 volunt intelligi, Spiritum
 Sanctum appellatum di-
 cunt, multisq; Scriptura-
 rum documentis adsunt
 huic opinioni suæ: sive il-
 lo, quòd dictum est: *Quo-
 Rom. 5, 5. niam caritas Dei diffusa est
 in cordibus nostris per Spiri-
 tum sanctum, qui datus est
 nobis: sive aliis multis tali-
 bus testimoniis: & eo ipso,
 quòd per Spiritum Sanctum
 reconciliamur Deo: unde
 etiam, quum donum Dei
 dicunt, satis significari vo-
 lunt, caritatem Dei esse
 Spiritum Sanctum. Non
 enim*

nc ergo
iam di-
vicem
emque
piritum
um di-
riptura-
adsunt
: sive il-
t: Quo-
fusa est
r Spiri-
atus est
ltis tali-
eo ipso,
Sanctū
o: unde
um Dei
cari vo-
ei esse
. Non
enim

enim reconciliamur. illi,
nisi per dilectionem, quā
etiam filii Dei appellamur:
non jam sub timore, tam-
quam servi: quia *consum-* 1. Ioh. 3, 1,
mata dilectio foras mittit ti- 4, 18.
morem: & spiritum liber-
tatis accipimus; in quo cla-
mamus: Abba Pater. Et quia Rom. 8, 15.
reconciliati, & in amicitia
am revocati per caritatē,
poterimus omnia secreta
Dei cognoscere: propter-
eā de Spiritu Sancto dici-
tur: *Ipse vos inducet in omnē* Ioh. 16, 13.
veritatem. Propterea & fi-
dentiā prædicandę verita-
tis, quā impleri sunt ad-
ventus ejus Apostoli, rectē
caritati tribuitur: quia &
diffidentia timori datur.
C 4 quem

quem consummatio caritatis foràs mittit. Et ideo
 Ephes. 3, 7. etiam donum Dei dicitur:
 quia eo, quod quisque novit, non fruitur, nisi & id diligat. Frui autem Sapien-
 tiâ Dei nihil aliud est, quã
 ei dilectione cohærere; neq; quisquã in eo, quod percipit, permanet, nisi dilectione: & ideo Spiritus Sanctus dicitur: quoniam ad permanendum sanc-
 untur, quæcumq; sanctificantur: nec dubium est, à sanciendo sanctitatem, vocari. Maximè autem illo testimonio utuntur assertores hujus sententiæ, quòd scriptum est: *Quod natum est de carne, caro est; & quod*

Ioh. 3, 6.
 4, 24.

io cari-
Et ideo
dicitur:
que no-
ifi & id
Sapien-
est, quã
ærere ;
, quod
, nisi di-
Spiritus
oniam
n sancti-
sancti-
um est,
itatem,
utem il-
ntur af-
tentia,
: Quod
aro est ;
& quod

*& quod natũ est de spiritu, spi-
ritus est: quoniã Deus spiritus
est. Hoc en. regenerationẽ
nostrã dicunt, quæ non, se-
cundũ Adam, de carne est;
sed secundũ spiritum de
Spiritu Sãcto. Quapropter
si Spiritus Sancti hoc loco
facta est commemoratio,
ubi dictum est: *Quoniam
Deus spiritus est*; animad-
vertendum dicunt, non
dictum esse: *Quoniam Spi-
ritus Dei est*: sed: *Quoniam De-
us spiritus est*: ut ipsa Dei-
tas Patris, & Filii, hoc loco
dicta sit Deus, quòd est Spi-
ritus Sanctus. Huc accedit
aliud testimonium, quòd
dicit Iohannes Apostolus:*

Quoniam Deus dilectio est. 1. Ioh. 4, 16.

C 5

Hic

Hic enim non ait: *dilectio Dei*: sed: *Deus dilectio est*: ut ipsa Deitas dilectio intelligatur. Et quod in illa enumeratione connexarum sibi rerum, ubi dicitur:

1. Cor. 3, 22. *Omnia vestra, vos autem Christi, Christus autem Dei: & Caput mulieris vir, caput viri Christus, caput autem Christi Deus*: nulla fit commemoratio Spiritus Sancti; ad hoc pertinere, dicunt: quia non ferè in iis, quæ sibi connexa sunt, numerari solet ipsa connexio. Unde etiam in illo loco Trinitatem ipsam videntur agnoscere, qui legunt attentius, quum dicitur: *Quoniam ex ipso, & per*

dilectio
est: ut
intelli-
llâ enu-
xarum
citur:
vos au-
tus au-
mulieris
tus, ca-
us: nul-
io Spi-
c perti-
non fe-
n nexa
let ipsa
tiam in
n ipsam
e, qui le-
um di-
ipso, &
per

per ipsū, & in ipso, sunt omnia.
Ex ipso, tamquam ex eo,
qui nulli debet, quod est;
per ipsum, tamquam per
mediatorem; in ipso, tam-
quam in eo, qui continet,
id est, copulatione cōjun-
git. Huic sententiæ con-
tradicūt, qui arbitrantur,
istam communionem,
quam Deitatem vel dile-
ctionem, sive caritatem,
appellamus, non esse sub-
stantiam: quærunt autem,
secundum substantiam,
sibi exponi Spiritum San-
ctum: nec intelligunt, non
aliter potuisse dici: *Deus di-
lectio est*: nisi esset dilectio
substantia. Dicunt quippe,
consuetudine rerum cor-

poralium: quoniam si duo
sibi corpora copulentur,
ita ut juxta invicem collo-
centur, ipsa copulatio nō
est corpus: quandoquidē
separatis illis corporibus,
quę copulata fuerant, nul-
la invenitur: nec tamen
quasi decessisse & migrasse
intelligitur; sicut illa cor-
pora. Sed hi tales cor mun-
dum faciant, quantū pos-
sunt: ut videre valeant, in
Dei substantiā non esse a-
liquid tale: quasi aliud ibi
sit substantia, aliud, quod
accidat substantiæ, & non
sit substantia: sed quicquid
ibi intelligi potest, sub-
stantia est. Verūm hæc di-
ci possunt facilè, & credi:
vide-

videri autē, nisi puro corde, quomodo se habeant, omnino nō possunt. Quapropter siue ista vera sit sentētia; siue aliud aliquid sit: fides inconcussa tenenda est: ut Deum dicamus Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum Sanctum; neque tres Deos, sed istam Trinitatem unum Deum; neque diversos naturā, sed ejusdem substantiæ: neque ut Pater aliquando sit Filius, aliquando sit Spiritus Sanctus; sed Pater semper Pater, & Filius semper Filius, & Spiritus Sanctus semper Spiritus Sanctus. Nec temerē aliquid de invisibilibus affirmemus

tamquã scientes, sed tam-
 quam credentes: quoni-
 am videri, nisi mundo cor-
 de, non possunt. Et qui ea
 videt in hac vitã *ex parte*,
 ut dictum est, *atq; in enig-*
mate; non potest efficere,
 ut & ille videat, cui loqui-
 tur, si cordis sordibus im-
 peditur. *Beati autem mun-*
do corde, quoniam ipsi Deum
videbunt. Hęc est fides de
 Deo conditore, & renova-
 tore nostro. Sed quoniam
 dilectio non tantum in
 Deum nobis imperata est,
 quum dictum est: *Diliges*
Dominũ Deum tuum ex toto
corde, & ex totã animã tuã,
& ex totã mente tuã: sed
 etiam in proximum: nam
dili-

1 Cor. 13, 12.

Matth. 5, 8.

Deut. 6, 5.

Lev. 19, 18.

Matt. 22, 37.

Luc. 10, 27.

diliges, inquit, proximum, tuum tamquam teipsum: si autem ista fides congregationem societatemq; hominum non teneat, in qua fraterna caritas operetur; minùs fructuosa est.

X. Credo sanctam
Ecclesiam Catho-
licam.

Credimus & sanctam, Ecclesiam, utique Catholicam. Nam & hæretici & schismatici congregationes suas Ecclesias vocant. Sed hæretici, de Deo falsa sentiendo, ipsam fidem violant; schismatici autem discissionibus iniquis à fraternâ caritate dissi-
unt,

DE
d tam-
quoni-
do cor-
t qui ea
parte,
in enig-
ficere,
loqui-
us im-
n mun-
i Deum
des de
nova-
oniam
m in
ata est,
Diliges
ex toto
mâ tuâ,
â: sed
; nam
dili-

* al. quoniam sibi vult

unt: quamvis ea credant,
 quæ credimus. Quapropter nec hæreticus pertinet ad Ecclesiam Catholicam, quæ diligit Deum: nec schismaticus; quoniam diligit proximum: & ideo peccatis proximi facile ignoscit, * qui sibi novit ignosci ab illo, qui nos reconciliavit sibi, delens omnia præterita, & ad vitam novam nos vocans. Quam vitam donec perfectam capiamus, sine peccatis esse non possumus: interest tamen, qualia sint. Nec de peccatorum differentiâ modò tractandum est: sed credendum omnino; nullo modo nobis' ignosci

gnosci ea, quæ peccamus,
 si nos inexorabiles ad i- Matt. 6, 15.
 gnoscenda peccata fueri-
 mus.

REMISSIONEM PEC- CATORUM.

ITaq; credimus & remis-
 sionem peccatorum. Et
 quoniam tria sunt, quibus
 homo constat, spiritus, a-
 nima & corpus: (quæ rur-
 sus duo dicuntur, quia sæ-
 pe anima simul cum spiri-
 tu nominatur: pars enim
 quædam ejusdem, ratio-
 nalis, quâ carent bestia,
 spiritus dicitur) principale
 nostrum spiritus est; dein-
 de vita, quâ conjungimur
 corpori, anima dicitur.:

po-

E
 edant,
 uapro-
 perti-
 atholi-
 Deum:
 quoni-
 m: &
 mi fa-
 sibi no-
 qui nos
 delens
 ad vi-
 ocans.
 ec per-
 ne pec-
 umus:
 lia sint,
 diffe-
 andum
 omni-
 obis' i-
 gnosci

Rom. 8, 22.

postremò istud, quod visibile est, ultimū nostrum, est corpus. Hoc autem o-

mnis creatura ingemiscit & parturit usq; nunc; dedit tamen primitias spiritus, quia credidit Deo, & bonæ jam voluntatis est. Hic spiritus etiam vocatur mens, de

Rom. 7, 25.

quo dicit Apostolus: *Mente servio legi Dei.* Qui idem

Rom. 1, 9.

alio loco dicit; *Testis est enim mihi Deus, cui servio in spiritu meo.* Anima verò

quum carnalia bona adhuc appetit, caro nominatur. Pars enim ejus quædam resistit spiritui; non naturâ, sed consuetudine peccatorum: unde dicitur: *Mente servio legi Dei, carne*

Alb-

autem legi peccati. Quæ
 consuetudo in naturam
 versa est secundum gene-
 rationem mortalem, pec-
 cato primi hominis. Ideo-
 que scriptum est : *Et nos* Ephes. 2, 3.
aliquando fuimus naturaliter
filiï iræ: id est, vindictæ: per
 quam factum est, ut ser-
 viamus legi peccati. Est
 autem animæ natura per-
 fecta, quum spiritui suo
 subditur, & quum sequi-
 tur sequentem Deum : i-
 deo *animalis homo non perci-* 1. Cor. 2, 14.
pit, quæ sunt Spiritus Dei.
 Sed non tam citò anima
 subjugatur spiritui ad bo-
 nam operationem, quàm
 citò spiritus Deo, ad veram
 fidem & bonam volunta-
 tem :

tem : sed aliquando tardi-
ùs ejus impetus, quo in
carnalia & temporalia de-
fluit, refrenatur.

CARNIS RESURRE- CTIONEM.

SEd quoniam, & ipsa
mundatur., recipiens
stabilitatem naturæ suæ
dominante spiritu, qui sibi
caput est ; cui ejus capiti
caput est Christus : non est
desperandum, etiam cor-
pus restitui naturæ pro-
priae ; sed utique non tam
citò, quã anima ; sicut nec
anima tam citò quàm spi-
ritus ; sed tempore oppor-
tuno, *in novissimâ tubâ,*
quum mortui resurgent in-
COR-

1. Cor. 15, 52.

corrupti, & nos immutabi-
mur. Et ideo credimus &
 carnis resurrectionem: :
 non tantum, quia repara-
 tur anima, quæ nunc, pro-
 pter carnales affectiones,
 caro nominatur: sed hæc
 etiam visibilis caro, quæ
 naturaliter est caro: cujus
 nomen anima, non pro-
 pter naturam, sed propter
 affectiones carnales, acce-
 pit. Hæc ergo visibilis, quæ
 caro propriè dicitur, sine
 dubitatione credenda est
 resurgere. Videtur enim
 Paulus Apostolus eam,
 tamquam digito suo, o-
 stendere, quum dicit: *O-* i. Cor. 15, 53.
portet corruptibile hoc indue-
re incorruptionem. Quum
 enim

DE

o cardi-
quo in
ralia de-

URRE-

& ipsa
ecipiens

rae suæ

, qui sibi

s capiti

non est

am cor-

rae pro-

non tam

sicut nec

nam spi-

opor-

â tubâ,

gent in-

cor-

enim dicit, HOC: in eam quasi digitū intēdit. Quod autem visibile est, id potest digito ostendi: quoniam posset & anima corruptibilis dici: nam vitiis morum & ipsa corrumpitur. Et *mortale hoc induere immortalitatem*, quum legitur; eadem significatur visibilis caro: quia in eam identidem velut digitus intenditur. Potest enim & anima, sicut corruptibilis propter morum vitia, ita etiam mortalis dici. Mors quippe animæ est, *apostare à Deo*: quod primum ejus peccatum in paradiso sacris literis continetur. Resurget igitur corpus secundum

Sir. 10, 14.
Gen. 3.

IDE

in eam
 Quod
 potest
 uoniam
 corrupti-
 tiis mo-
 mpitur.
 vere im-
 am legi-
 catur vi-
 n eam i-
 gitus in-
 enim &
 uptibilis
 itia, ita
 i. Mors
 apostare
 um ejus
 diso fa-
 tur. Re-
 pus se-
 cun-

cundum Christianam fi-
 dem, quæ fallere non pot-
 est. Quod cui videtur in-
 credibile; qualis nunc sit
 caro attendit: qualis au-
 tem futura sit, non confi-
 derat: quia illo tempore
 immutationis angelicæ
 non jam caro erit & san-
 guis; sed tantum corpus.
 Quum enim de carne A-
 postolus loqueretur; *alia* ^{1. Cor. 15, 39.}
 inquit, *caro pecorum, alia*
volucrum, alia piscium, alia
serpentum: & corpora cæle-
stia, & corpora terrestria.
 Non enim dixit *caro cæle-*
stis: dixit autem: cælestia &
terrestria corpora. Omnis
 enim caro etiam corpus
 est; non autem omne cor-
 pus

corpus caro est. Primò in
 istis terrestribus, quoniam
 lignum corpus est, sed nõ
 caro: hominis autem, vel
 pecoris, & corpus, & caro
 est: in cœlestibus verò nul-
 la caro; sed corpora sim-
 plicia & lucida, quæ appel-
 lat Apostolus⁷ spiritualia:
 nonnulli autem vocant æ-
 therea. Et ideo non carnis
 resurrectioni contradicit
 illud, quòd ait. *Caro & san-*
guis regnum Dei non posside-
bunt: sed quale futurum
 fit, quod nunc caro & san-
 guis est, prædicat. In qua-
 lem naturam quisquis⁸
 non converti posse hanc
 carnem credit, gradibus
 ducendus est ad fidem. Si
 enim

1 Cor. 15, 50.

rimò in
 uoniam
 , sed nō
 tem, vel
 , & caro
 erò nul-
 ora sim-
 æ appel-
 iritalia:
 ocantæ-
 n carnis
 tradicit
 o & san-
 a posside-
 turum
 o & san-
 In qua-
 uisquis
 se hanc
 radibus
 lem. Si
 enim

enim ab eo quæras, utrum
 terra in aquam possit
 converti? propter vicini-
 tatem, non ei videtur in-
 credibile. Rursum si quæ-
 ras, utrum aqua possit in
 aërem? neque hoc absur-
 dum esse, respondet: vici-
 na enim sunt sibi. Et de aë-
 re si quærat, utrum in
 æthereum corpus, id est
 coeleste, possit mutari? jam
 ipsa vicinitas persuadet.
 Quòd ergo per hos gra-
 dus fieri posse, cōcedit, ut
 terra in corpus æthereum
 convertatur; cur non, ac-
 cedente Dei voluntate,
 quâ corpus humanum su-
 pra aquas potuit ambula-
 re, celerrimè id fieri posse,
 D quem-

quemadmodum dictum
est, in ictu oculi, sine ullis
talibus gradibus, credit:
sicut plerumq; fumus in
flammam mirâ celeritate
convertitur? Caro enim
nostra utique ex terrâ est.
Philosophi enim, quorum
argumentis sæpius resur-
rectioni carnis resistitur,
quibus asserunt, nullum
posse esse terrenum cor-
pus in cœlo, quodlibet
corpus in omne corpus
converti, & mutari posse,
concedunt.

VITAM ÆTERNAM.

QVâ corporis resurre-
ctione factâ, à tempo-
ris conditione liberati, æ-
ter-

ternâ vitâ, ineffabili caritate atque stabilitate, sine corruptione perfruemur.

Tunc enim fiet illud, quod scriptum est: *Absorpta est*

mors in victoriam. Ubi est

1. Cor. 15, 54.

mors aculeus tuus? ubi est

mors contentio tua? Hæc est

fides, quæ paucis verbis tenenda in Symbolo novel-

lis Christianis datur. Quæ

pauca verba fidelibus nota sunt: ut credendo sub-

jugentur Deo, subjugati

rectè vivant, rectè viven-

do cor mundent, corde

mundo, quod cre-

dunt, intelli-

gant.

D 2 *Au-*

E
ictum
e ullis
redit:
us in
eritate
o enim
rrâ est.
orum
refur-
statur.
nullum
m cor-
dlibet
corpus
i posse,

NAM
esurre-
tempo-
rati, æ-
ter-

*Augustinus libro pri-
ore suarum Retractionum
cap. XVII. de hoc suo in
Symbolum Apostolorum com-
mentario, monet aliquid,
quod non est omit-
tendum.*

PER idem tempus (*pres-
byterii videlicet*) coram
Episcopis, hoc mihi
jubentibus, qui plenarium
totius Africae Concilium
Hippone regio * agebant,
de Fide & Symbolo pres-
byter disputavi. Quam
disputationem, nonnullis
eorum, qui nos familiari-
us diligebant, studiosissi-
mè instantibus, in librum
contuli: in quo de rebus
ipsis

*. al. habe-
bant,

ropri-
tionum
suo in
um com-
iquid,
rit-

us (pres-
(coram
oc mihi
narium
cilium
gebant,
lo pres-
Quam
onnullis
miliari-
diosifi-
librum
le rebus
ipsis

ipsis ita differitur, ut ta-
men non fiat verborum
illa contextio, quæ tenen-
da memoriter Competen-
tibus traditur. In hoc li-
bro, quum de resurrectione
carnis ageretur, *Resur-
get, inquam, corpus, secun-
dum Christianam fidem, quæ
fallere non potest. Quod cui
videtur incredibile, qualis sit
nunc caro, attendit; qualis au-
tem futura sit, non considerat:
quia illo tempore immutatio-
nis angelicæ, non jam caro erit
& sanguis, sed tantum corpus,
& cætera, quæ ibi de cor-
porum terrestrium in
corpora coelestia mutatio-
ne differui: quoniam di-
xit Apostolus, quum inde*

D 3

lo-

1. Cor. 15, 50 loqueretur: *Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt.*
 Sed quisquis ea sic accipit, ut existimet, ita corpus terrenum, quale nunc habemus, in corpus coeleste resurrectione mutari, ut nec membra ista, nec carnis sit futura substantia; proculdubio corrigendus est, commonitus de corpore Domini, qui post resurrectionem in eisdem membris, non solum conspicendus oculis, verum etiam manibus tangendus, apparuit, carnemque se habere, etiam sermone firmavit, dicens: *Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis*

sanguis
 debent.
 accipit,
 corpus
 inc ha-
 coeleste
 ari, ut
 ec car-
 tantia ;
 gendus
 de cor-
 post re-
 eisdem
 m con-
 verum
 gēdus,
 ; se ha-
 one fir-
 lpate &
 carnem
 ut me vi-
 detis

detis habere. Unde constat,
 Apostolum non. carnis
 substantiam negasse, in re-
 gno Dei futuram ; sed aut
 homines, qui secundum
 carnem vivunt, carnis &
 sanguinis nomine nuncu-
 passe ; aut ipsam carnis cor-
 ruptionem, quæ tunc uti-
 que nulla erit. Nam quum
 dixisset : *Caro & sanguis re-
 gnum Dei non possidebunt :*
 benè intelligitur, tam-
 quam exponendo, quid
 dixerit, continuo subdi-
 disse : *Neq; corruptio incorru-
 ptionem possidebit.* De quâ
 re, ad persuadendum infi-
 delibus difficili, diligenter,
 quantum potui, me disse-
 ruisse, reperiet, quisquis

de civitate Dei librum legerit novissimum.

Ita Augustinus.

*Symbolum Nicæ-
num.*

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem celi, & terra, visibilium omnium, & invisibilium: & in unum Dominum Iesum Christum, Filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante omnia secula: Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero: genitum, non factum; consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt. Qui, propter nos homines, & propter nostram salutem, descendit de cælis: & incarnatus est de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine: & homo factus est: crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est: & resurrexit tertiâ die,

die, secundum Scripturas: & ad-
scendit ad cælum: sedet ad dexte-
ram Patris, & iterum venturus est
in gloria, iudicare vivos & mor-
tuos: cuius regni non erit finis: &
in Spiritum Sanctum, Dominum,
& vivificantem; qui ex Patre Fi-
lioque procedit: qui cum Patre &
Filio simul adoratur, & conglori-
ficatur: qui locutus est per Prophe-
tas: & unam sanctam, Catholicam,
& Apostolicam Ecclesiam. Confi-
teor unum Baptisma in remissione
peccatorum: & expecto resurre-
ctionem mortuorum, & vitam
venturi seculi: Amen.

Symbolum Athanasii.

Quicumque vult salvus esse, ante om-
nia opus est, ut teneat Catho-
licam fidem: quam nisi quisque inte-
gram inviolatamque servaverit; absque
dubio in æternum peribit.

Fides autem Catholica hæc est:
ut unum Deum in Trinitate, & Tri-
nitatem in Unitate veneremus, neque
confundentes personas, neque substan-
stan-

DE
um le-
m.

CC-

um, Pa-
i, facto-
um omni-
num Do-
, Filium
atre na-
Deum de
eum ve-
um, non
n Patri:
it. Qui,
propter
it de cæ-
e Spiritu
e: & ho-
rtiam pro
asus, &
cit tertiâ
die,

stantiam separantes. Alia enim est persona Patris, alii Filii, alia Spiritus Sancti: sed Patris, & Filii, & Spiritus Sancti una est Divinitas, æqualis gloria, coæterna majestas.

Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus Sanctus.

Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus Sanctus. Immen- sus Pater; immensus Filius, immen- sus Spiritus Sanctus.

Æternus Pater, æternus Filius, æ- ternus Spiritus Sanctus: & tamē non tres æterni, sed unus æternus: sicut non tres increati, nec tres immensi; sed unus increatus, & unus immēsus.

Similiter omnipotens Pater, omni- potens Filius, omnipotens Spiritus Sanctus: & tamen non tres omni- potentes; sed unus omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus: & tamen non tres Dei, sed unus est Deus.

Ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus Sanctus: & tamen nō tres Domini, sed un⁹ est Domin⁹.

Quia, sicut singulatim unāquamq; personam Deum, ac Dominum con- fiteri, Christianā fide compellimur: ita tres Deos, aut tres Dominos dice- re,

re, Catholicâ religione prohibemur.

Pater à nullo est factus, nec creatus, nec genitus.

Filius à Patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus.

Spiritus Sanctus à Patre & Filio, nec factus, nec creatus, nec genitus; sed procedens.

Vnus ergò Pater, non tres Patres: unus Filius, non tres Filii: unus Spiritus Sanctus, nō tres Spiritus Sancti.

Et in hac Trinitate nihil prius, aut posterius; nihil majus aut minus: sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt, & coæquales: ita, ut per omnia, sicut jam suprâ dictum est, & Trinitas in Vnitate, & Vnitas in Trinitate, veneranda sit.

Qui vult ergò salvus esse, ita de Trinitate sentiat.

Sed necessarium est ad æternam salutē, ut incarnationē quoq; Domini nostri Iesu Christi fideliter credat.

Est ergò fides recta, ut credamus & cōfiteamur; quia Dominus noster, Iesus Christus, Dei Filius, Deus & homo est.

Deus, ex substantia Patris, ante secula genitus; & homo ex substantia Matris, in seculo natus.

Perfectus Deus, perfectus homo,

ex

§4 AVGVST. DE FID. ET SYMB.

ex animâ rationali, & humana carne subsistens.

Æqualis Patri, secundū Divinitatē; minor Patre, secundū humanitatem.

Qui licet Deus sit & Homo: non duo tamen, sed unus est Christus.

Vnus autem, non conversione Divinitatis in carnem; sed assumptione humanitatis in Deum.

Vnus omninò, non confusione substantiæ, sed unitate personæ.

Nam sicut anima rationalis, & caro, unus est homo: sic Deus, & homo, unus est Christus: qui passus est pro salute nostra: descendit ad inferos: tertiâ die resurrexit à mortuis.

Ascendit ad cœlos: sedet ad dextram Dei Patris omnipotentis.

Inde venturus est, iudicare vivos & mortuos.

Ad cuius adventum, omnes homines resurgere habent cum corporibus suis: & reddituri sunt de factis propriis rationem.

Et, qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui verò mala, in ignem æternum.

Hæc est Fides Catholica: quam nisi quisq; fideliter, firmiterq; crediderit, salvus esse non poterit.

F I N I S.

SYMB.

ana cai-

vinitatē;
nitatem.

mo: non
ristus.

verfione
d asfum-

n.
nfusione
fonæ.

lis, &ca-

s, & ho-

basfus est

t ad infe-

ortuis.

t ad dex-

tis.

are vivos

annes ho-

m corpo-

de factis


int in vi-


ala, in i-

: quam

erq; cre-

erit,





99-2960

ULB Halle

3

002 424 088



2

ULB Halle



Kodak
LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000

KODAK Color Control Patches

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Jon
legi
tan-
um,
n:
tis,
ca-
ne-
dist,
nti-
tur,
po-
sen-
cubi
int,
quam

